

In decus hoc ævi natus, Teq̃ auspice iribit
Grande opus: incipient Sancti procedere menses:
Auspice Te, si q̃ remanent vestigia culpa,
Irrita perpetua solvent formidine terras.
Ille bonam reddet vitam, nosq̃ inseret olim
Permistos Divis, nobis videatur ut ipse,
Quum reget excelsam coeli virtutibꝫ arcem:
At tibi, Christe puer, nullo minuscula cultu
Errantes sederas passim cum baccare tellus,
Mistag̃ videnti Colocasia fundat Acantho,
Ipse lacte tibi referant distenta capellæ
Ubera: nec magnos metuant armenta leones:
Ipsa Tibi blandos fundant cunabula flores:
Occidat et serpens, et fallax verba veneni
Occidat, Assyriumq̃ Tibi nascatur amomum.
At simul excedes, o Imago Patris, Ep̃beis,
Tug̃ Tibi quæ sit virtus ostendere perges:
Molli paulatim flavescat campus arista,
Incultisq̃ rubens dumetis pendeat ura,
Et duræ quercus exsudent roscida mella.
Pauca licet subsint priscae vestigia fraudis,
Quæ tentare Tetsyn ratibus, q̃ cingere muris
Oppida, q̃ iubeant telluri insindere sulcos;
Sit licet et Typhis, sit et altera q̃ vedat Argo
Delectos Beroas, sint licet aspera bella,
Atq̃ iterum ad Trojam magnus mittatur Achilles;
Aliamen obfirmata virum Te ubi fecerit ætas,
Cedat et ipse mari vector, nec nautica pinus
Commulet merces: Omnis ferat omnia tellus:
Non rastros patietur iumus, nec vinea falcem,
Robustus quoq̃ tunc tauris iuga solvat arator:
Nec variis discat mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Munice, jam croceo transmutet vellera luto:
Sponte sua Sandyx pascentes vestiat agnos:
Talia secta suis tunc dicant, eurrite, fusis
Concordes stabili fatorum numine Parca!
Aggredere o jam nunc opus hoc prægrande salutis,
Cara Dei soboles, magnum latris incrementum!
Aspice, convexo nutantem pondere mundum,
Terrasq̃, tractusq̃ maris, coelumq̃ profundum:
Aspice, Te sese loquentur et omnia nato: